

In diébus illis:

- ⁴ **P**erréxit Elías in desértum via uníus diéi;
cumque venísset et sedéret subter unam iuníperum,
petívit ánimæ suæ, ut morerétur, et ait:
«Súfficit mihi, Dómine!
Tolle ánimam meam;
neque enim mélior sum quam patres mei».
- ⁵ Proiecítque se et obdormívit in umbra iuníperi;
et ecce ángelus tétigit eum et dixit illi:
«Surge, cómede!».
- ⁶ Respéxit,
et ecce ad caput suum subcinerícus panis et vas aquæ;
comédit ergo et bibit
et rursus obdormívit.
- ⁷ Reversúsque est ángelus Dómini secúndo
et tétigit eum dixítque illi:
«Surge, cómede!
Grandis enim tibi restat via».
- ⁸ Qui, cum surrexísset, comédit et bibit
et ambulávit in fortitú-dine cibi illíus
quadragínta diébus et quadragínta nóctibus
usque ad montem Dei Horeb.

Verbum Dómini.